

specimen. — 108. *Bupleurum tenuissimum*. — 107. *Chaerophyllum bulbosum*. — 100. *Salsola*, non possum rite videre. — 99. *Salsola*, ut videtur absque flore. — 26. *Salsola prostrata*. — 98. *Chenopodium viride*. — 92. *Celosia margaritacea*, in umbrosis nata, spica nimis laxa est. — 36. *Salix purpurea*. — 14. *Salix cinerea?* — 45. *Anthyllis Barba Jovis*. — 48. *Teucrium massiliense*. — 46. *Sideritis palaestina*. — 52. *Teucrium massiliense*, specimine pessimo. — 59. *Salvia Arduini*. — 56. *Salvia argentea*. — 57. *Salvia Sclarea*. — 58. *Salvia indica*. Desunt folia. — 106. *Seseli*. — 89. *Galium*. — 51. *Daphne*. — 42. *Pedicularis recutita*. — 110. *Lichen odoratus*. *Usnea veterum*, quam habet Dillenius, ex insula Martinica. — 111. *Lichen*, hunc non novi. — *Avena polygama*, *Holcus halepensis*.

Species plantarum pro Te paratae jacuere apud studiosum Danum, ad D^m Rotboel transferendae, et quidem ultra mensem, sed procrastinat iter, et jam petat Fahlunam reliquasque fodinas, antea quam abeat.

Si habeas semina *Hyoscyami Belladonnae* facie, *Scopuli inventam*, quaeso des unum alterumve, quae accipi non germinarunt.

Gratulator Tibi ex animo munus adeo honorificum et simul proficuum, quo possis habere quotannis 500 ducatus, ego vix habeo 180.

Curabo ut habeas aliquem cum quo poteris commutare mineralia suecica, modo liceat venire Holmiam. Si discedas antequam ego habuero tuas Tabulas, certe numquam accipiam.

(Epistolae sine die, manu Jacquini adscriptum est: Respondi 28. Octobris 1763.)